

## CAPUT IX.

In ruffibus utendum est Balsamis Oleis expressis rea mediis Mellitis vel Saccharo imprægnatis, & si materia tenuis sit & Acris Opia exhibenda sunt: Maxima autem cautela adhibenda est ne n̄tmium liberaliter insistatur in usu Bechitorum, præcipue autem opiatorum.

Externè Cucurbitula, Vesicatoria, Fonticuli, Emplastrum, Lavamenta, &c. in usum revocanda sunt: sed semper ex Consilio prudentis Medici.

---

## CAPUT X.

### De Angina.

1. **A**ngina est inflammatio in Musculis Laryngis & Æsophagi, Tonsillis, Palato vel Maxillis, tina cum Tumore dolorofō, quandoque interno quandoque externo.

2. Dividitur in quatuor species.

(1.) Prima est Cynanche, quando musculi interni Laryngis inflammantur sine magna intumescentia.

(2.) Secunda dicitur Synanche quando adest Tumor respirationi officiens.

(3.) Tertia est Paracynanche quando Musculi externi Laryngis afficiuntur sine tumore apparente.

(4.) Quarta est Parasynanche quando inflammantur Musculi externi faucium una cum tumore.

3. Signa sunt respiratio & Deglutitio difficilis, Rigidas Colli, Dolores pungentes & comburentes (quasi circa Maxillas) quandoque etiam periculum suffocationis, & plerumque febris.

4. Causa est Sanguis commixtus vel saltem occurrens Lymphe vitiōse in meatibus suis arctioribus, undē evadit grumosus, & tubuli obstrauntur, adeò ut stagnatio insequatur, & exindē fermentum aliquod acescens acquirat, undē manant symptomata hactenus descripta.

2. Ap.

3. *Angina* non magno stipatur periculo, sed *Cynanche* pejor est *Synanche*, & reliquæ duæ species minus sunt periculosæ. Si dolor sit maximè acutus & respiratio valdè difficilis, præsens ferendum est levamen, ne æger morti succumbat.

6. *Curatio* (si recens sit *Angina*) consistit in obstruktionibus referandis, motu Sanguinis restaurando, & ejusdem Aciditate corrigenda. In quem finem (licet non simpliciter necessaria sit) *Phlebotomia* in Brachio, Collo, vel sub Lingua, opem fert. Medicamina autem illa quæ nunquam non finem assequuntur sunt *Sal. Vol. Oleos*. Externe applicata, & intus etiam exhibita in vehiculo aliquo appropriato, vel mixta cum *Anodynis*; hæc enim non solum obstrunctiones reserant, Sanguinem coagulatum dissolvunt, & fluiditatem ei conciliant; Lympham stagnantem vivificant (quasi) & motui restituunt, sed & ex eo quod vi *Diaphoretica* prædicta sint, materiam peccantem etiam expellunt, & sanguinem mundificant, undè gravia illa *Symptoma* citò evanescunt; sicut frequens experientia nobis dictavit: His add. *Salia Volatilia* ut *Sp. C. C. Fuliginis*, *Sanguin. Urin. Sal. Armoniac. &c.* Ex. gr.

2f. *Aq. Papav. flor. Sambuci*, aa.  $\frac{3}{iiij}$ . *Spirit. Sal. Armoniac. 3j. Diacodii*  $\frac{3}{iij}$ . *M. sumat coclearia* duo sæpiùs.

Utatur etiam *Gargarismatibus*, qualia sequuntur; si particulæ *Bilioſa* Sanguinem invaserint, Remedia *Nitrata* locum obtinent, vel misceantur cum *Urinosis*. Ex. gr.

(1.) 2f. *Aq. Plantaginis*  $\frac{3}{iv}$ . *Sir. Papav. Rhaed.* 3j. *Spir. Nitr. Dulc.* 3j. *Misc.* dosis 3j. singulis bihoriis vel trihoris. Vel,

(2.) 2f. *Aq. Ebuli*, *Ros. Rubr. aa.  $\frac{3}{iiij}$* . *Sal. Prunella. 3ij. Sal. Volat. Urina 3j. Syr. è Ros. Siccat.*  $\frac{3}{iij}$  dos. 3j. sæpiùs: vel utatur pro *Gargarisme*.

Vulgus medicorum remedia *Reppellentia* in usum vocant, sed caute sunt adhibenda, præcipue si adsit malignitas: quod ad nos attinet, nos nihil adhuc vidimus quod par sit *Salibus illis Volatilibus Oleosis*, in *Angina desperata*, præter enim plurimos

Effectus egregios haec tenus memoratos, amovent etiam omnem malam Dispositionem Pulmonum, quae saepe adjutrices admovet manus in *Angina maligna* ad suffocationem promovendam, qua de causa ocyus & saepius propinanda sunt ne ex unius diei mora mors curam anticipet.

Externe *Album Grecum* una cum *Nidis Hirundinum*, fabricatum in modum *Cataplasmatis* cum *Melle*, vulgare est remedium, ut & plurima alia Stercora & Urinæ: Ex. gr. *Hominum*, *Aveserum*, *Gallinarum*, *Equerum*; vis medicinalis sine dubio consistit in *Sale Armoniaco* & *Nitroso*, quo referta sunt: omnes Authores hæc Stercora miris extollunt præconiis: sed nos frequentissime experti sumus priora illa esse præstantiora.

Quidam utuntur *Vesicotoris*, *Cucurbitulis*, &c. quæ multum prosunt. Vide *Platerum*, *Riverium*, *Sylvium*, &c.

Si primo die curatio non succedat *Enema* injiciendum est, & purgatio instituenda (pro commoda æ gri) & superius præscripta denuo iteranda sunt.

## C A P U T XI.

### *De Pleuritide & Peripneumonia.*

1. *Pleuritis* est inflammatio *Pleura*, *Peripneumonia*, autem *Pulmonum*, earumque membranarum.

2. *Signa* sunt respiratio difficilis, febris acuta, dolor lateris Punctivus, & Lancinans, Tussis vehemens, primo aggressa siccior quidem, postea autem cum sputo Spumoso & Sanguineo. Quod magis hisce quadrant signis, eo meliori jure legitima dicuntur. Discrepant etiam à se invicem quoad partem affectam, & gradus malignitatis: *Causa* tamen & *Cura* utrobiq; est eadem:

3. In *Causarum* classem adduci posset serum extravasatum; plerumque autem *Causa* est Sanguis extravasatus & stagnans, unde Acidum acquirit fermentum, inflammationem excitans, &c.

*Causa*

*De Pleuritide, & Peripneum.*

22

*Causæ Casuales* sunt *Flethora*, traspiratio inhibita, præcipue tamen quando Sanguis cum impetu meatus percurrit, ut in exercitio violentiori, nimia compotatione, &c.

4. Si Ægrotans hoc morbo anteà laboraverit, vel si *Asthma* præcesserit, vel provectione adsit ætas, vel sputum minuatur, imò plane cesseret dolore remanente; vel si sputum Sanguinem sit, flavum, aut nigrum, respiratio maximè difficilis, &c. In omnibus, inquam, his casibus res periculo non vacat: sed si symptomata minui videantur, & sputum album & leve existat, æger restituetur.

5. *Curatio* parum differt ab illa quam in *Angina* referebam.

(1.) *Sanguinis Missio* (pro viribus ægri) prodest: sed si prostratæ sint vires; & adsit malignitas, instituant ope *Sanguisugarum*; vel penitus omittatur, & ejus vicem subeant *Cucurbicula Scarificatae*.

(2.) Utatur æger *Alkal. Volatil.* qualia sunt *Sal Armoniac. Spirit. Sanguin. Urin. Sal. Armoniac.* quibus add. *Anodyna & Pectoralia*; ut & *Diaphoretica & Alkalia fixa*, prout urget occasio.

24. *Aq. Cardui Hyssop. aa. 3ij. Syr. Papaveris Erratici 3iiij. Spirit. Sal. Armoniac. 3j. M. dosis 3fl.* Conveniunt etiam hic quæ in *Angina* præscripsimus, & *Salia Volatilia Oleosa*, nempè in declinatione morbi, vel si adsit malignitas.

24. *Ocul. Cancror. Sang. Hirci Exsiccata. aa. 3ij. Bezoard. Mineral. 3j. Sal. Viperar. Volar. 3fl.* Misce.

Si nulla adsit Malignitas add. *Laudanum Gr. x. Oculia Cancrorum decocti in vino, & Briapus Cervi, & Sanguis Hirci*, multum laudantur. Si dolor in *Pulmonibus, Pleura vel Stomacho* permaneat post primum diem elapsum, exhibe *Spir. Nutr. Dulc.* & remedia *Nitro imprægnata*, sed si *Vomitus* adsit vel *Diarrhea*, cautè exhibeantur. Si alvus non respondeat, injicienda sunt *Enemata*, & sub finem morbi etiam *Cathartica tenuiora* in usum revocanda sunt; sed per totum curationis stadium *Diaphoretica leniora* maximè prosunt. Si sputum sit viscidum & parva quantitate, cautè pro-

pinanda sunt Opiata vel ullo *inspissantia*, sed potius  
in usu incidentium insistendum est.

*Externe Discutientia & Anodyna Emplastrum Unguentum*, *Caraplasma* conveniunt, sed in *Bleurite* exquisita omnium optimè utimur *Lintero* in *Salibus Volatilibus Oleosis* intincto, & parti affectæ applicato sicut sæpè sæpius experti sumus. Sed nimium non est fidendum hisce externis, nisi & interna frequenter & sedulè adhibeantur. Pro vehiculis utimur *Aq: Destillat. Hyssop. Card. Cichor. Borrag.* vel succis ex iisdem herbis expressis, vel ex *Teraxac. Papav.* etiam *Emulsionibus Aq. Hord.* qua etiam utimur pro potu ordinario una cum tantillo *Sal. Prunell.* vel *Spirit. Sulph.* vel *Nutri* guttatum instillat. Omnia acria & acida procul amovenda sunt, & cibi *Dispepti*: bene autem utimur *Panatela*, *Cremore Hordei*, *in sculo pullorum* & cibis levioris digestionis.

## C A P U T XII.

*De Hemoptisi & empyemate.*

1. **H**æmoptisis ( vel *sputum sanguinis* ) de qua hic agitur, est erosio vel apertio vasorum Sanguiferorum ad pulmones pertinentium, quamquam etiam à Naribus, Palato, aspera Arteria ; Stomaco, Hépate, &c. oriri posset.

2. Si à pulmonibus proveniat, est spumosum, floridum, & partitis vicibus eruitur, semper tamen cum tussi & sine insigni Dolore.

Si à maxillis, aspera arteria, & partibus vicinis procedat, adestr quidem screatus sed nulla tussis, quod & sensu dignosci posset, si à Stomacho & partibus vicinis procedat, potius evomitur quam espuitur.

3. *Sputum sanguinis* diversimode, *Causatur*, ut si nimia quantitas seri vel bilis fluidæ fermentantis sanguini admixta sit, aut si acidum adsit, quod sta-

gnat

gnationem & vasorum expansionem producit, unde partes tenuiores qua data porta ruunt. Et oritur etiam hoc Sanguinis sputum ex nimia abundantia Sanguinis, motu nimis violento, & accelerato, tussi exquisita, vulnere, casu, &c.

Empyema, seu Apostema pulmonum, oritur à Sanguine extravasato, in vasis Pneumoniaris conservato & putrefaciente.

Uterque (& hic & præcedens affectus) est satis periculosus & prognostica sunt maximè infida.

4. Curatio (1.) In Curanda Hemoptisi sedulo vitentur omnes actiones vehementes & motus violenti, ut saltus, vociferationes, tussitationes, cunctæ passiones animi, & præcipue ira, hæc enim particulas sanguinis exacuit, & motum accelerat.

Detrahatur sanguis à brachio vel pede revulsionis ergo, nisi virium imbecillitas intercedat.

Quod ad Pharmaciam attinet proslunt Vegetabilia Refrigerantia, ut Plantag. Burs. Pastor. Nymphaea, Acetosella, Papav. (præ reliquis laudo succos harum herbarum) Germinæ Ros. Rubr. Rad. tormentil. Bistort. &c. Etiam terrestria astringentia, ut Terra Sigillata, Lemnia, Iaponica, Bolus Ver. Terra Virrioli, Crocus Maris Astringens, Lapis Hematites, Sang. Draconis, Convallium, Ocul. Cancerorum, &c. Adde etiam Acidæ Convolvulæ, ut Spiritum Vitrioli, Sulphuris, Alum. &c. quibus junge Opiata, prout Medici Judicium dictabit. Ex. gr.

(1.) 2f. Sang. Dracon. 3ii. Sem. Papav. 3ij. pulveris sentur & cum Syr. Corall. f. Bol. Acuatur Oleo Sulphuris per Camph. Vel,

(2.) 2f. Suc. Plantaginis, Tinct. Rosar. aa. 3ij. Syr. Martillor. 3j. Laud. Liquid. Cydoniæ. gut. xxx. Misce vel hoc Sylvii quod habetur lib. 10. cap. 9. §. 20. nempè.

(3.) 2f. Aq. plantag. 3ij. Aq. Cinnamom. 3iij. Aceti Destillat. 3iv. Sang. Dracon. 2f. Laud. Opiat. gr. ij. Syr. Diamor. 3j. Misce. Hoc mirum in modum a Sylvio laudatur.

Huc conferunt Cathartica tenuiora debitis intervalis propinata, ex Rhabarb. Tamarind. Senn. Vel si

## CAPUT XII.

magna copia seri redundant addatur etiam Resina  
Jalappa: Cucurbitula & Ligatura saepe bono cum fru-  
ctu exhibetur.

(2.) Empyemati omni cura occurrendum est ( særifi-  
simè enim lethale est ) si autem præveniri nequeat sup-  
puratio promovenda est ope Cataplasmatis appropriat.  
ex Summitat. & Radic. Bismalv. Lill. alb. Semin. Lini,  
Fanugrac. Terebinth. & Oleis Emollientibus, &c. adde  
etiam Emplastrum, Unguentum &c. Omnim optimè ta-  
men venienti huic morbo occurruunt Salia Volatilia Oa-  
leosa & Spiritus Vini rectificatus affusus herbis Alkali  
Volatili abundantibus & deinde destilletur.

Interne omnia Balsama Naturalia, Balsamum Lin-  
carelli, Balsamum Sulphuris vivi circulat. cum al-  
kali aliquo fixo donec dulce evadat reliquis palmam  
præripit, Balsamum Antimonii Succin. &c. quæ fa-  
bricari possent ad modum Boli cum reliquis appro-  
priat. vel etiam adde guttas aliquot decoctis herb.  
vulner. Et si hæc non prosunt tentanda est Para-  
ventosis, qua omnes Medici tam veteres quam re-  
centiores laudant, & practicorum felix successus  
satis confirmat.

---

## CAPUT XIII.

*De Phthisis, & Tussi.*

2. **D**um varias Phthiseos species animo voluto, ob-  
servo mortem, atrocissimum illum humani  
generis hostem, duobus præcipue nunciis nos in Boreali  
hac plaga degentes de extrema dissolutione appro-  
pinquante certiores facere, qui duo infestissimi co-  
mitis vulgo audiunt nomine Atrophia & Phthisis:  
in utraque adest totius corporis liquatio & consuma-  
ptio, quam producit in priori defectus vel obstru-  
ctio succi Nutritii, & in posteriori ulcus Bulmo-  
num; at in utraque contaminatur Sanguis.

3. *Atrophiam plexumque comitatur intumescentia*

Ab-

**Abdominis Ventriculi** appetitus vagus & incostans, cordis palpitatio, & sæpius tumores de Serophilarum genere.

Phthisis dignoscitur ex tussi crebra, primò sicca, postea humidiori cum spumoso & sæpè Sanguineo sputo, quod temporis progressu purulentum & quandoque foetens evadit; semper adeat difficultas respirandi per integrum morb. decursum, & febris putrida vel hecica; imò sæpè eadem adsunt Symptoma, quæ in Atrophia. In quibusdam adeat totius corporis contabescientia & Emaciatio, & frequenter Diarrhea, cibo nempè corpus percurrente fine ulla digestione.

3. *Causa.* In Atrophia Viscosus & Mucosus quida m humor adhæret, vel quodammodo occludit & obstruit glandulas Mesenterii, & vasa lactea vel eorum Orificia, undè Chylus ( saltem spissior ejusdem pars ) non percolatur nec Sanguini redditur.

Causa Phthiseos est ulcus Pulmonum, quod diversimodè contingere potest, ut ex quatuor præcedentibus Capitulis Manifestò liquet. Nempè à fero vel sanguinè, vel lympha extravasatis, vel à vitio aliquo in sanguine præexistente, veluti si morbus sit hæreditarius, vel si subsequatur Atrophiam aut quemlibet alium morbum, quem comitatur aciditas quædam seu acrimonia in sanguine, quæ pulmones corrodit, & exasperat: etiam lapilli & tuberculi pulmonibus Phthisin producunt.

4. *Atrophia incipiens* est curabilis, sed si adsit scirrus Ventriculi, Hepatis, &c. & corpus sensibiliter extenuetur, vix curabitur: & si præterea adjungatur Febris Hectica vel Phthisica, nulla arte humana curari potest. Quantum novimus paucissimi evadunt, qui correpti sunt ulcere pulmonum: Et si tussis vehementer urgeat, sputum foeteat, & multum de corporis substantia deperdatur, & sudores colliquativi incessanter ægrum afficiant, si in hoc casu ad purgationem se accingat æger, mortem sine dubbio accelerat.

5. *Curatio.* In Atrophia pituita viscosa est; incidenda & evacuanda, obstructiones referandæ, sanguinis vi-  
tium corrigendum, calor etiam & fermentum ventrie  
cure

culi denuò restituendum, quem in finem conferunt  
(præter Salia Volatilia etiam) Oleosa, Spiritus Volatiles  
Urinosi, & Lumbricorum terrestre. Millepedum, Salis Armo-  
niaci, &c. qui exhiberi possent unà cum Gumm. Ammoniac.  
Benzoin. Bdellii, Calban. Mirrh. &c. Ex. gr.

**2f.** Spirit. Lumbricor. Terrestr. Ziv. Gumm. Ammoniac.  
Zj. extrahatur Tinctura, cuius dosis gut. 40. quæ suman-  
tur in sequenti potu diætetico, vel simili.

**2f.** Heder. terrestr. fumar. aa. M. j. summitat. Absinth.  
Card. Ben. Epatic. Rad. Fænicul. Polipod. Helen. aa. M. iij.  
recent. Collect. Ibj. fiat sacculus Diæticus pro Congiis  
iij. Cerevisia renujoris. In hujusmodi etiam vehiculis  
propinari possent Tinctura Chalybis Antimon. Sal. Tart.  
Ent. Veneris, Vitri. Martis, &c. Talia enim non solum  
obstructiones referant & visciditates corrigunt, sed  
& præcipua æstimantur Peccoralia, quando nempe ma-  
teria aliqua spissa peccat; quibus etiam addi possent  
Hyssop. Capill. Vener. Tussilag. Hyperic. Marrubii Liquirit.  
Iris, &c. etiam Semina Carminativa, eorumque Olea,  
& Oleum Cinamom; Bacc. Juniper. Menth. & Absinth. spe-  
ciatim in Lienteria & affectibus frigidis ventriculi; ex-  
hiberi etiam posset purgativum aliquod levius singulis  
10. vel 12. diebus. Etiam.

**2f.** Pill. Tartar. Quercetan. Ij. Ent. Vener. gr. vj. Misce.  
Etiam Rhababar. vel ejusdem Tinctura, Spec. Hier.  
Diasenn. Elixir. Proprietat. fact. cum Tinctura Antimo-  
ni, &c. Hactenus de Atrophia & russi procedente à pi-  
tuita viscida.

Sed si russis proveniat à particulis Salinis, vel Acri-  
monia quadam præditis, stellicantibus Pulmones, Bron-  
chia, &c. Tunc Absorbentia adhibenda sunt, ut Rezoard.  
Mineral. Antimon. Diaph. Antiecticum Roterii, &c. Etiam  
Incrassantia, ut Effent. Papav. Rill. de Cynogloss. de Stir-  
ce, & similia (cautè) usurpanda sunt. In nullo caso Tussis  
negligenda aut floccifacienda est, quamquam enim  
Ruthesis immediate illam non comitetur aut subsequan-  
tur, plerumque tamen Ruthesis precedit; idè pericu-  
losa est, & omnibus modis eam amovere nitendum est,  
in quem finem Emeticum confert (si pro certo habeas  
Pulmones intactos sanos esse, & nisi alie prohibeant cir-  
cum-

cunctis ) hoc autem precipue confert quando  
adest infarctus ventriculi, & prægravatio, & an-  
xietas Pectoris.

2: Pharmacia pro Curanda Phthisi; si ulcus in Puta-  
monibus haec tenus progesum fuerit. Emetica fugien-  
da sunt & utendum est Balsamis Pneumonicis ( in  
Empyemate haec tenus memoratis ) & Decoctis Pectora-  
libus, & Traumaticis, Syrupis, Eclegmatis, Emulsi-  
nibus, &c. quorum infinitam varietatem apud om-  
nes penè Authores reperire est: exempl.

( 1 ) 24. Vini Canariensis vel Malag. 1*bij.* Bals. To-  
lutan. 3*j.* Digerantur in vase vitro dupli bene  
Lutato igne moderato, Vel,

( 2 ) 24. Syr. Tolutan. 3*j.* Bals. Sulph. Anisat.  
Sacchar. Cand. aa. 3*j.* Ol. Cinnamom. gut. iv. M. f.  
linctus. Conducunt etiam Absorbentia ad acidum præ-  
dominans imbibendum, & particulas aciores in  
ventriculo & sanguine temperandas. Hisce autem  
remediis quæ ultimo præscripsimus pro tussi curan-  
da, adde Corall. Terr. Lemn. Sigillat. Catechu, quæ  
ultimo memorata specifica est in hoc morbo & in  
omni tussi cuiuscunque generis, præcipue si adsit  
Diarrhaa. Exempl.

24. Antihætic. Poterii. 1*lb.* Catechu 3*i.* Conserv.  
Rosar. Rubrar. 3*j.* S. fiat bolus. Quando semel ven-  
triculus ex usu hujusmodi medicaminum acidum i-  
bidem hospitatum eliminavit, consulendus est æ-  
ger, si modò possibile sit, ut se lactis ului addicat,  
& primò quidem misceri posset lac cum tertia parte a-  
quæ, vel destilletur lac herbarum appropriatarum  
virtutibus imprægnatum.

24. Hedera Terrestris. M. ij. Sem. Anisi 3*j.* Testudi-  
num & earundem testarum 1*bij.* lactis 1*bij.* destill.  
&c.---- Per se etiam usurpari posset lac Vaccinum,  
Caprinum, vel Asininum, ( nisi acescat aut coagu-  
let in ventriculo ) & si viscidæ pituitæ abundet addan-  
tur piper subtilissime pulverisatum; ex cuius addi-  
tione multò efficacior evadet: sed si adsit Diarrhaa,  
vel febris putrida, desistendum est ab uso lactis, &

## C A P U T XIII.

*Incrassantia & Refrigerantia usurpanda sunt.*

Contra debilitatem multum valent *Gelatina*, *Tegumenta*, *Ostrea* &c. Externè *Fontanella*, *Emplastrum*, *Unguenta* & *Fumigationes* felicissimè succedunt.

---

## C A P U T XIV.

*De Asthmae, & Dyspnæa.*

1. Et respiratio difficultis orta à morbosa dispositione *Pulmonum*. vel *Bronchia*.

2. Quando moderata est sine ronchis & febre, dicitur *Dyspnea*. Quando difficultis est una cum strepitu & Ronchorum ingeminatione, dicitur *Asthma*. Quando ægrotans respirare nequit nisi erecto corpore sedeat, eicitur *Orthopnea*.

3. In quibusdam fidca est sine sputo, & subito invadit, in aliis autem humidior est, tussitando materiam quamdam expellens.

*Asthma Scorbaticum* Scorbatica habet Symptomata, ut intumescentiam Ventriculi, Hypochondriorum, &c.

4. Causa prioris speciei, est spasmodica contrac-  
tio, & irritatio Organorum respirationi dicato-  
rum, videmus enim hoc morbi genus periodicum esse,  
& ægrotum subito & improvisò corripere; præter-  
quam quod ira, timor & similes Animæ ataxiae pa-  
roxysum inducant. Posterior producitur ab obstruc-  
tione appendicis alicujus pulmonum, quod verosi-  
milter contingit à pituita viscida, vel materia puru-  
lenta, Sanguine extravasato, Lympha extravasata,  
aut a Tumoribus, Scirrhis, Lapillis, & aliis ejus-  
dem farinæ meatus obstruent ibus: quibus etiam  
adde tumorem pectoris, abdominis, &c.

5. Si inveterata sit & jam senescentem corripiat,  
difficulter curatur; si *Asthma* in pejus vergat, sa-  
pè minatur *Soporiferos* quosdam vel *Convulsivos* affec-  
tus, vel *Phtisis*, *Hydropom*, &c.

6. Therapeja. *Asthma Convulsivum* curatur ex usu *Cea-*  
*phæ*

De Asthmate, & Dyspnœa.

29

*Phalicorum & Arthriticorum adjunctis Balsamicis Pectoribus*  
Tilus; de illis satis fusè egimus dum de morbis Soporiferis, & de his consule caput proximè præcedens.  
*24. Tinctur. Croci, Castor, a. 3ij. Bals. Sulphu.*  
*Anisat. 3j. Laud. Liquid. Tartarisat. 3j. Misce, do-*  
*s gut. 40. Vel,*

Destilletur Spiritus a Sale Armoniaco, Succino &  
Gumm. Ammoniaco, cum Spirit. vini: in cuius 3vj.  
dissolv. Sperma. Ceti. 3j. Laudan. Liquid. 3j. dos. a  
20. ad 60. gut. Vel,

*24. Cinnabar. Antimon. Sperm. Ceti., Millepedum*  
*a. 3j. Castor. Sal. Succin. Volant. aa. 3j. f. pulvis*  
*dosis 3j.*

Pro vehiculis inserviant Aque Testudinum, Lumbricorum Terrestrium, Sassafras: Primul. veris, Carriophyll. Hortens. & similium, Vel,

*24. Aq. Rosar. 1ij. Benzoin, Styrac. Calamit. a.*  
*3j. Diger. in vase vitro duplici, igne moderato.*

Pro curando Asthmate humido; Venefactio ( ipso tempore paroxysmi ) indubie confert, & si viscosa ulla materia adhæreat ventricalo, Emericum apprime necessarium est, ad materiam illam pituitosam ventriculi plicis impactam, relaxandam & abigendam, & hujus generis remedii utilitatem særissimè experti sumus.

Sed si Aciditas ulla sit in sanguine, vel si viscida, & mucosa materia adhæreat Bronchiæ, Salia illa Volatilia Oleosa ( særissimè à me memorata ) omnia alia remedia multis parasangis præcellunt, Vel,

*24. Gumm. Ammoniac. Spir. Vini aa. 1ij. Sal Volat.*  
*Urina 3vj. Sal. Tartar. 1j. destill. Secundum ar-*  
*tem. Dosis hujus Spiritus gut. 40. Vel,*

Dissolvatur Gumm. Ammoniac. in Spir. Lumbricor. Terrestr. aut Millepedum, aut Sal. Armoniaci: Hujusmodi, inquam, Medicamina multum faciunt.

Præterea omnia Incidentia & Mordentia conducunt, ut Rad. Ari, Helenii, Raphani Rusticani, Cochlear. Sinapi, Epatic. &c. Vide Cap. ultim. præcedens.

Si Abdomen flatibus infestetur, usurpentur Carminativa, non solùm unà cum Specificis & Alteratis sed etiam in Gætharticis & Enematis, &c.

Si

## C A P U T X V.

Si procedat à Scorbuto, Hydrope, &c. ratio habenda est horum morborum. Externè Vesicatoria, Cucurbitula & Fonticuli convenient; sed supra omnia suademus ut pectus foveatur Salibus Volatisibus Oleosis.

Pro morbi huius Prophylaxi, medicocritas observanda est in usu sex rerum non Naturalium, & sedulo studendum est ut omnes evacuationes naturales debitum ordinem observent; & Alvus potius solutione quam pigrior semper remaneat.

## C A P U T X V.

*De Palpitatione Cordis.*

1. *P*alpitatio Cordis, est Cordis, & Arteriarum motus convulsivus: cor autem est præcipua pars affecta.

2. Manu sentiri potest, & quandoque adstantibus videre & audire licet. Si procedat ab ira, timore, amore, exercitio immoderato, &c. Citissime cursum suum absolvit sed si ab Atrophia vel Cachexia originem ducat, diutius moratur, & sentitur quædam ponderositas a pastu, sed si à Scorbuto oriatur, adeo anxietas, &c.

3. *Causa* vel consistit in vitio Sanguinis, (qui cum sit nimium acidus vel biliosus vellicat nervos cardiacos & fibras motrices) vel procedit ab obstructione, si quid nempè adhæreat cordi vel arteriis, unde spiritus Animales cum impetu moventur, &c. & exinde est quod tristitia subita, timor, pudor, amor, &c. Palpitationem producunt.

4. Hic morbus pro periculo habetur, & si oriatur ab obstructione vel Læsione vasorum cardiacorum, tardaut nunquam curatur: sed si Sympatica sit, curatio morbo ex cuius consensu oritur, vel ipsa curabitur.

5. Et equidem opus foret minoris labori curam hujus morbi instituere, si rite dignosceretur causa; quæ quandoque facile satis, quandoque multò difficiilius eruit.